

+ f. cccxlii^a.

quam Dominus multis signis sublimaverat tam
in vita, quam in morte, et Tandem ob honorem ip-
sius dedit allodia et etiam multa bona et dona
ecclesie Constantiensis, cum quo demonstravit
genealogiam suam. Hic idem Hincmarus dux cum
Wifilda uxore sua, genuit 2 duos filios, scilicet Hin-
ricum et Welfonem et quatuor ^{filias} filias. Hinc-
marus accepit in coniugem Gertrudam, filiam
Lotharii regis, de qua genuit Hincmarum Ter-
cium. Welfo accepit filiam comitis pala-
tini; Una autem filia Hincmari prefata
scilicet Juditha, accepit ducem Fredericum
de Suevia; Secunda filia, scilicet Sophia, accepit
ducem Bertoldum de Saringen, qui postea inter-
fectus est. Unde idem Sophia post mortem
mariti accepit Luppoldum marchionem
de Stiria, qui propter suam fortitudinem
dictus est Luppoldus fortis. Tercia filia, scilicet
Wifilda accepit Rodolphum comitem de Brega-
ve; Quarta filia, scilicet Mechthildis accepit
Theobaldum iuvenem, filium Theobaldi mar-
chionis antiqui, quo mortuo, idem Wifilda
accepit filium Berengeri comitis de Sulzbach.

Quomodo Saxones primo venerunt ad
terram Saxonie. Notandum.

Saxones quomodo venerunt ad terras illas
quas nunc morantur, quia aliqui volunt eos
provenire a Danis et Northmannis, aliqui dicunt
eos advenisse a Macedonia ab exercitu Alexandri
Magni. Thoridem fatentur Greci, quia post mortem
Alexandri dispersi sunt per totam terram ^{inter} ~~etiam~~
Invenimus etiam in scripturis advenire eos de Brita-

nia Anglie et navigio viare per lacum in Theu-
loniam ad unum locum dicto Lutuloga ut
possent invenire habitationem, et hoc fuit tem-
poribus illis, quando Theodericus rex Francorum
dimicabat contra Ermifridum regem Thuringo-
rum. Et quando venerunt ad portum ~~Ad~~ ^{ad} ~~sive~~
ad litus terre, homines illi, qui tunc in terra
illa morabantur dicebantur et fuerunt Thuringi,
resisterunt ipsis viriliter. Unde Saxones fortiter

Bregensbe

Wifelda
Mechild

tz. c. t.

not.
venit

+ f. cccxlii^b.

~~siat~~
(sive?)